

## **Terms and Conditions**

The Library provides access to digitized documents strictly for noncommercial educational, research and private purposes and makes no warranty with regard to their use for other purposes. Some of our collections are protected by copyright. Publication and/or broadcast in any form (including electronic) requires prior written permission from the Library.

Each copy of any part of this document must contain there Terms and Conditions. With the usage of the library's online system to access or download a digitized document you accept there Terms and Conditions.

Reproductions of material on the web site may not be made for or donated to other repositories, nor may be further reproduced without written permission from the Library

For reproduction requests and permissions, please contact us. If citing materials, please give proper attribution of the source.

### Imprint:

Director: Mag. Renate Plöchl

Deputy director: Mag. Julian Sagmeister

Owner of medium: Oberösterreichische Landesbibliothek

Publisher: Oberösterreichische Landesbibliothek, 4021 Linz, Schillerplatz 2

### Contact:

Email: [landesbibliothek\(at\)ooe.gv.at](mailto:landesbibliothek(at)ooe.gv.at)

Telephone: +43(732) 7720-53100

no, scribentur modo dictæ lineæ, sola proportione mutata. Itaque minimum aliquid toti figuræ deest, quò minus originem suam, scilicet superficiem lucentis, contratio situ repræsentet.

## PROPOSITIO VII. Problema.

*In camera clausa, & in proposito pariete representare quicquid extra cameram è regione velet, vel geritur, quod quidem in oculos incurrit.*

Hanc artem primus, quod sciam, I. Baptista Porta tradidit, magiæque naturalis non minimam partem fecit. Sed experientiâ contentus, demonstrationem non addidit. Atqui vel hoc solo experimento potuissent Astronomi statuere de sua deliquii solaris imagine.

Claudantur igitur omnes rimæ camerae, adeò vt ne minima lucula possit ingredi, è regione verò fenestræ, quæ prospectum habet ad res representandas, sit paries albus, cæteri nigri. Aperiat foramen in fenestra angustissimum, quantum visus fortitudini sufficit, sic tamen, vt si paries vel fenestra crassior fuerit, partes foramen circumstantes opacæ rescindantur, quoad tibi prospectus per foramē pateat ad omnes res foris collocatas, quas cupis representare. Sintque spectatoris oculi per horæ quadrantem vel semis cohibiti ab aspectu lucis diurnæ, quoad euauerint species in clara diei luce spiritib. impressæ, per ea quæ in conclusionem primi capitis dicta sunt. Et sint res representandæ collocatæ in clara luce vel solis, vel diei, vel facularum. Dico omnia, quæ foris & consistere & geri visuntur, intus in opposito albo pariete representatum iri, solùm euerso situ. Nam per 22. primi capitis, res foris illustratæ à quocunque lumine, tingunt communicatam lucem, eamque spargunt orbiculariter. Quare per sextam huius capitis, illustrabunt res externæ parietem intus oppositum, sic vt figura parietis illustrati confundatur quidem ex figurâ fenestræ, & rerū quæ foris sunt, sed tamen cum fenestra præsupponatur angustissima, respectu distantie fenestræ à pariete, minimū de figura fenestræ, figuræ rerū consistentiū permiscebit. Hoc solum deerit huic picturæ, primò quòd per eandem sextam res apparebunt intus euerso situ; deinde quòd quicquid foris cadit intra complexum conuertice ad parietem stantis, & à foramine corformati seu constricti, eius rei partes in pariete articulatim